manuscript

Seite 16r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tarat fortitudine. par in eo mentis uigor. preter illud quod illi
diuturno certamine plus meritorum accreuerat. Talis castri-
ciani beatissimi inimicio fidei normula uite. talis usque
ad obitum cursus fuit. Obijt autem quinto kalendarum decem-
brium. sepultusque a discipulis iuxta condictum in cimiterio
quod dicitur romano. ea scilicet uia qua romam tenditur.
haud longe ab arcu triumphali. Quem locum hominibus quidem
diu incognitum dei autem oculis notum palanterque postmodum
manifestatum. his quos dignos summa sanctitas fecerat aperto
cognouimus. Reliqua uero miranda uirtutum illius gesta.
solius causa compendij transeo. quia ad alia festino.
Quamquam hic uilior stilus attamen magnis declinare
tuciusque putet. eo quod presentium temporum nouelli auditores uo-
calioribus sententijs quasi tinnientibus cymbalis. multo
amplius delectentur. silogismorum magis consonantium modu-
lis queque legerint uel audierint quam rerum gestarum pon-
dere meciantur. Quam obrem ad ea que in prospectu sunt nau-
ualem cursum dirigamus. quia urbis quam ad nauim ex-
ploratum. non in normes propugnaculorum materies et tur-
rite illius multiplices minas. uel circumductas muris for-
tissimis machinas uiritim describendas. sed portarum
solummodo introitus et egressus breui calamo designandos.
catharactasque fusiles pocius adnotandas quam dimeci-
endas suscepimus. Age ergo porta que sequatur qualis
quantaque sit attentius perpensetur. Prologus in uitam
sancti Soli confessoris. in non dec A

In paganorum itaque multorum panagericis dum multos scenico
more uiuentes. ita poeticis figmentis comperimus perlec-
tis eorum actibus laudatos. ut stolida mente. et penitus
a lumine fidei ceci. in deos eos transtulissent. quos aliquid